



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel  
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo  
Distribvta**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1648**

§. 4. Inuidia auarum plectens pecuniâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](#)

*Nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.  
Cùm interea frugalitate contento bene sit,  
& ita bene, vt Ioue hospite dignus judice-  
tur. Quales fuere Philemon, & rustica illa  
Baucis, qui paupertatem ferendo leuem ef-  
fecere.*

Horat.  
lib. 1. ep.  
12. ad Ic-  
cium.

*Si rectè frueris, non est, ut copia maior  
Ab Ioue donari posbit tibi; tolle querelas:  
Pauper enim non est, cui rerum suppetit  
vitus.*

*Si ventri bene, si lateri est, pedibusq; trui,  
nil*

*Diuinitæ poterunt regales addere maius.  
Si forte in medio positorum abstemius, her-  
bis*

*Vivis & vrtica: sic viues protinus, vt te  
Confestim liquidus fortuna riuis inauret.  
Vel quia naturam mutare pecunia nescit,  
Vel quia cuncta putas unâ virtute minoras.*

#### §. IV.

*Inuidia auarum plectens pecuniâ.*

At, ne inuidia fortasse hîc nihil negotij  
gerere videatur, audite, obsecro, inuidiam  
auaritiam, aut auaram inuidiam. Refert  
Ioan. Ni- idoneus author Ioannes Nider, à fide dignis  
der lib. 3. hominibus se intellexisse, suoq; tempore,  
cap. 5. Formica- Constantiæ accidisse, vt quidam collectis  
rij. multis

multis nummis argenteis, ijsque partim ser-  
uandis, partim dissimulandis, rogaret, in-  
commune valetudinarium admitti, atq; in-  
ter pauperes ali. Impetrauit. ibi, velut Tanta-  
lus inter aquas, maluit carere delitijs, quam  
diutijs. Itaq;, ne suos nummos cogeretur  
expendere, pulmentis atque olusculis victi-  
tauit, magis nummorum suorum aspectu,  
quam ciborum vsu pastus. Postquam satis  
diu hanc miseram vitam vixit, tandem mor-  
bo afflictus, mortem sensit in foribus esse,  
dolensq; sibi adhuc pecuniam superesse, qua  
neque ipse vsus erat, neq; alios gaudere vo-  
lebat, mirabile consilium cepit. Siquidem  
de farina auena sibi pulmentum impatientissi-  
mè clamabat præparandum. Quod cum factum  
esser, sed agrotus solus, more solito, in lecto, &  
loco micarum panis minutatim spargere cœpit  
denarios, quos occultauerat, in pulmentum aue-  
naceum, quasi panem intereret. Quis non  
diceret, auri atq; argenti sacram esse famem?  
Ne alijs, quod comparsum erat, relinquere-  
tur, ipse deuorauit, sed non sine diuina Ne-  
mesi. Nam ubi, arrepto cochleari, audiissimè  
argenteam offam cœpit ori inferre, illico  
suffocatus est; ut eadem operâ & peccatum,  
& pœna peccati iungerentur. Quamquam,

vt

vt malum multiplicaretur, etiam amentium  
cum stultitia iuncta fuit. I, auare, *Rapi-*  
*congere, aufer, posside, relinquendum est.* Con-  
das licet, relinquendum est: deuores licet,  
relinquendum est, & forte *hac nocte animam*  
*tuam repetunt à te.* Nonnè meritò Domi-  
nus talem *stultum* appellauit?

Martial.  
l. 8.

Luc. 12.  
10.

§. V.

*Tragicum auaritiae in se ipsam saudientis*  
*exemplum.*

Nemo sæpiùs scilicet veriusque ludit He-  
autontimorum enon, quām auarus; qui &  
in aliorum exitium viuit, & in suum. Quod  
plus quām Tragico exemplo docet Antonius  
Balinghem. E Martia Polonorum gente non  
nemo fuit, patria Pultouiensis, cui vita  
militaris placuit. Castra igitur secutus, com-  
plures annos, à domo paterna absuit, seu  
prædis, seu stipendijs insigniter ditatus.  
Tandem Sagum togā mutare, ac postlimi-  
nio domum redire statuit, vt acquisita exo-  
neraret, suasque opes cum parentibus com-  
munes faceret. Sed quia diurni temporis  
absentia magnam in vultu habituque muta-  
tionem induxerat, neque noscebat suos re-  
dux, neque noscebatur. Iam in conspectu  
vrbis patrī erat, cūm obuiam habuit mu-  
herem

Anton.  
Baling-  
hem in  
Zoopæd.  
tit. Ho-  
spitalitas.